



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 70. Simon Portius hoc anno mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

quagesimo quarto die decima nona Junii, postquam itidem quinquagesimum quartum ætatis annum, tres menses, & viginti sex dies emensus erat, sepultusque est perhonorifice a Joanne Baptista, & Paulo Haintzeliis fratribus ejusdem Discipulis.

Sæcul. XVI.
A. C. 1554.

§. LXX.

Simon Portius hoc anno mortuus.

Alter erat Simon Portius natione Neapolitanus, qui in patria sua, cum quinquagesimum septimum ætatis suæ annum ageret, mortuus est. Magistrum is habuit Pompanatium celeberrimum suo ævo Philosophum, hoc tamen Præceptore suo Portius evasit in eo superior, quod ad Peripateticæ scientiæ, quæ tum modo satis barbaro tradebatur, cognitionem plurima linguæ Græcæ, ac humaniorum literarum ornamenta adjecerit: cum vero Aristotelicæ doctrinæ plus justo tribuere videretur, Pompanatii Magistri sui erroribus de natura animæ, atque intellectu humano accedere credebatur. Præterea Pisis, ubi publice scientias tradebat, historiam de Piscibus scribere aggrediebatur, allato autem libro Guilielmi Rondeletii, qui Guilielmi Pelisserii Episcopi Montpessulani commentarios secutus, circa idem argumentum calamum suum exer-

Thuan. l. c.

H 3 cuerat,

Sæcul. XVI. **A C. 1554.**
 cuerat, mox Portius ab incæpto opere
 destitit, non sine interno animi livore,
 eo quod speratam ex hoc labore gloriam
 sibi ab alio præreptam doleret, nec
 consultum putaret, quod sese expone-
 ret periculo, quo gloriam longo jam
 tempore sibi partam per intempestivam
 augendæ famæ cupiditatem amittere
 posset.

§. LXXI.

*Alii Scriptores eodem anno
defuncti.*

Cælius secundus Curio præf. in App. Alex. Thu. 1. c.
 Circa idem tempus obiit Sigismundus
 de Ghelenn, seu Geslen, alias sub
 nomine Sigismundi Gelennii notus. Hic
 Pragæ natus linguarum peritia emine-
 bat, ac Josephi, S. Justini Martyris, Dio-
 nyssii Halicarnassæi, Philonis, & Appia-
 ni opera, necnon quasdam D. Joannis
 Chrysostomi Homilias ex Græco in la-
 tinum idioma transfudit, sicut etiam
 præter mox recensita opera adhuc alia
 latine reddidit, ita, ut inter Doctores
 pauci reperiantur, qui tot libros ex Græ-
 co in latinum verterint; nam juxta
 Scriptorum relationem etiam idem la-
 tine reddidit I. quatuor linguarum Di-
 ctionarium II. Evagrii Historiam Ecclesia-
 sticam, III. Originis librum contra Celsum,
 IV. Ammiani Marcellini opera. Cete-
 rum

Henr. Vales. præf. Amm. Marcelli.